


BOTANISCHES INSTITUT
der Universität Wien

Bibliothek

J.-Nr. 4782

Sign. 76a/4




BOTANISCHES MUSEUM
der k. k. Universität.

J. N° 4782

B

~~345/98~~
223/16



DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

METHODO

FLORAM CONDUCENDI.

DISSESTITIO INVAGUEREA

ad

MULTILODO

PROPRI CONDUCENDA

A Monsieur Colladon de la part de
l'autre

DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
METHODO
FLORAM REGIONIS CUJUSDAM
CONDUCENDI,
EXEMPLIS E FLORA SCOTICA, &c. DUCTIS,
ILLUSTRATA;
QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,
D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;
NECNON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET
NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;
Pro Gradu Doctoris,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;
ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT
AMICUS BOUÉ,
CIVIS REIPUBLICÆ HAMBURGENSIS.

“ Increscunt quotannis scientiae, emendantur quotidie, et fastigium suum optatum sensim, sensimque, plurium virorum opera studio junctis, feliciter properant.”

THUNBERG, *in Linn. Trans.*

Ad Calend. Augusti, horâ locoque solitis.

EDINBURGI:
EXCUDEBANT NEILL ET SOCII.
MDCCCXVII.



AVUNCULIS SUIS,

JOHANNI DE CHAPEAUROUGE,

HAMBURGENSI,

JACOBO ODIER,

ET

JACOBO DESARTS,

GENEVENSIBUS,

SUÆ ORPHANÆ INFANTIÆ

CARISSIMIS TUTORIBUS,

PRO AMORE VERE PATERNO,

ET BENEFICIIS INNUMERIS

IN SE COLLATIS,

QUÆ NUNQUAM SATIS RECOGNOSCERE

POTERIT ;

CUM MAGNA REVERENTIA,

ET MAXIMO GRATO ANIMO,

HOC OPUSCULUM,

DICAT

AUCTOR.

ANUNDIIS SUR

JOHANNI DE CHARTREUX

WILHELMIUS

JACOBUS ODIER

ET

JACOBUS DESARTS

GENUANUS

SUCH ORPHANAE INTANTIA

CARRISSIMIS TUTORIBUS

PRO AMORE AERE PATRINIO

ET BENEFICIO INNUMERIS

IN SE COLVATIS

QUC NUNQUAM SVTIS RECOCGNOSERIS

POTERIT;

CUM MAGNA NECESSITATE

ET MAXIMO GRATIO VNIQVE

HOC OPUSCULUM

DICVAT

ADCTOR.

DISSE^TAT^O IN^AUG^UR^AL^IS

DE

METHODO

FLORAM CONDUCENDI.

AMICO BOUE Auctore.

INTRODUCTIO ET MATERIAE EXPOSITIO.

SCIENTIAM Herbarum inutilem, simplicem catalogum, philosopho indignum studium esse, non solum ab ineptis, sed etiam ab hominibus ingenio præditis sæpè audivi, imprimis a tempore quo Scotiam adivi. Hic gravis error mentem meam agitavit, et tandem me his hominibus unam e meis amicis scientiis spernentibus contrarium ostendere, et his probare induxit, hanc scientiam benè tractatam, ad conclusiones momentosissi-

A

mas

mas, et attentione doctissimorum dignas, conducere posse; uno verbo rationes descriptionem plantarum cujusdam regionis non solùm herbarum peritis, sed etiam eorum amatoribus curiosam efficere quæsivi.

Ad hunc scopum perveniendum, si Flora privata aliquot partes scientiarum artis herbariæ affinum accipit, sequentia, secundum me, in tali ordine continebit.

1mò, Characteres Classium, Ordinum et Generum, si LINNÆUS placet, vel Familiarum et Generum, si Methodus Naturalis.

2dò, Nomina Specierum, quæ scientiæ nomina et vernacula comprehendent.

3tiò, Catalogum perbonum synonymorum præcipuorum auctorum, qui miserè hodiè omnino necessarius est, et quotidiè per vitium et superbiam virorum hæc necessitas auget, et multos ab herbis deterret.

4tò, Characteres Specierum.

5tò, Descriptionem minutam cujusque plantæ.

6tò, Aliquot Observationes emunctæ naris ad distinctionem

distinctionem plantarum persimilium adjuvantiam.

7mò, Geographiam Plantarum.

8vò, Modum vivendi vegetabilium.

9nò, Eorum Morbos.

10mò, Variarum singularium plantarum Physiologiam.

11mò, Chemica principia et substantias, quæ ab iis præbentur, aliquot experimenta de his addendo.

12mò, Usum Plantarum.

13tiò, *a.* Mutationem quam cultura efficit, rationes hoc incommodum medendi, rationes quoque plantas ex unâ regione in aliam transferendi, et alias hujus generis observationes, quæ ad horitorum culturam pertinent.

b. Effectus agrorum culturæ in Floram regionis mutando.

14mò, Modum variarum plantarum in herbario servando, cautions adhibendas.

15tò, Omnibus his, si potest fieri, comparatio unæ Floræ cum aliâ addenda est.

16tò, Et pro philologis, catalogum nominum plantarum in multis vernaculis, unde singulares conclusiones deducere fortassè possent.

De omnibus istis certè multa facta in variis operibus sparsa jacent, sed nunquam in unum coaluerunt. Ad meas idæas illustrandas hanc propterea dissertationem consecrabo, spem alendo laborem non omnino inutilem evasurum esse. Exempla mea præcipuè e Florâ Scoticâ LIGHTFOOTII, et raro ex Anglicâ SMITHII dicam. De Geographiâ Plantarum imprimis dicam, et tunc aliquando de aliquibus Helveticis plantis loquar, quod simul pro specimine comparationis suprà dictæ fiet; nam si hanc materiam pertractarem, hæ paginæ non dissertationem, sed opus evaderent.

Multæ Floræ quinque primæ qualitates a me desideratas jam continent: ut exempla solum ingeniosum opus SMITHII secundum LINNÆUM, et non inferiorem distributionem plantarum Galliæ DECANDOLLI secundum Methodum Naturalem, dabo.

In sextâ conditione, nempè observationibus distinctionum minutarum, tactus, odoratus, gustus, vel aliquot persingularia plantis inhærentia, enumeranda sunt, peritè jam de his aliquot disseruerunt.

CAPUT I.**DE GEOGRAPHIA PLANTARUM SCOTIAE.**

GEOPGRAPHIA Plantarum cuiusdam regionis quatuor res comprehendit; nempè,

1mò, Earum distributionem propriè geographicam.

2dò, Altitudinem supra mare quam occupant.

3tiò, Earum geognosticum situm.

4tò, Earum expositionem.

Meæ convenientiæ gratiâ, de altitudine prius quam de geographicâ distributione loquar.

ALIQUOT

ALIQUOT PLANTÆ SCOTICÆ SECUNDUM EARUM
ALTITUDINEM SUPRA MARE DISTRIBUTÆ.

Articulus 1^{mus}.—Herbarum peritus, qui minimam partem Scotiæ perlustrare conatus est, facile plantas secundum locorum altitudinem magnoperè variare vidit; reverà, paucæ regiones existunt, in quibus hæc distributio regni vegetabilis magis admirabilis quàm in Caledoniâ est, cùm in quatuor vel sex horarum temporis spatio peregrinator ab ore maris ad altitudinem 2500 pedum vel majorem etiam pervenire, et sic plantas marinas, maritimas, camporum et alpium recensere potest: montes agrestes *Goatfield* et *Cruachan* vocati, exempla hujus perbona sunt.

Sentiens quantum hæc phænomena mentem philosophicam peritorum herbarum movere debet, et præterea operibus præclaris LINNÆI, WALLENBERGI et HUMBOLDTI imbutus, magnam attentionem huic in omnibus meis excursionibus pedestribus dedi, et omnia momentosa quàm potui, collegi.

Omnibus

Omnia facta comparando, et LIGHTFOOTIO et SMITHIO ut juvamentis utendo, in classes quatuor, nempè *maritimas*, *campestres*, *sub-alpinas* et *alpinas*, fortassè plantæ Scoticæ dividendæ sunt.

Prima Classis in duas regiones naturâ scinditatur, quarum una omnes plantas pontum habitantes, vel *marinas*, et altera omnes quæ in *ore arenoso* hujus elementi, vel in *rupibus vicinis* non circiter centum vel centum et quinquaginta pedum altitudinem superantibus, vivunt, comprehendit.

In Secundâ Classe, omnia vegetabilia, quæ ad altitudinem supra mare a triginta vel sexaginta pedibus ad 500 vel 600 pedes mutantem, inveniuntur, ordinata sunt: hæc divisio probabilè regiones habet, sed mihi effugerunt.

Tertia Classis vel Subalpina, omnia a regno vegetabili producta, quæ intra 600 pedes et 1700 vel 1800 supra oceanum vivunt, continet; et in regiones Subalpinam inferiorem et Subalpinam superiorem subdividi potest.

Quarta Classis plantarum, vel Plantæ Alpinæ; totum spatium inter altitudinem 1800 pedum

et maximam altitudinem Scotiæ montium occupant *. Facilè in Plantas regionis alpinæ Inferioris, et regionis alpinæ Superioris, distinguuntur; et mirum non esset, si, his mentem suam per duos vel tres æstates aliquis adigens, regio alpina intermedia reperiretur.

PRIMA CLASSIS.

1^{ma} Regio.—*Plantæ Marinæ.*

Omne Fucorum genus, et maximus numerus Confervarum et Ulvarum, paucis terrestribus exceptis.

2^{da} Regio.—*Plantæ propriè Maritimæ.*

α. Plantæ, quæ littus arenosum vel paludosum habitant.

Salicornia herbacea †	Scirpus maritimus
Zostera marina (an verè maritima?)	Poa maritima
	Arundo arenaria
	Elymus

* In genere, altissimi Scotici montes inter 3000 et 4000 pedes Anglicos in altitudine possidere dicuntur.

† Nomina ex Florâ Britannicâ SMITHII duco.

<i>Elymus arenarius</i>	<i>Rumex maritimus</i>
<i>Triticum juncatum</i>	<i>Triglochin maritimum</i>
maritimum, <i>Light.</i>	<i>Arenaria peploides</i>
<i>Potamogeton marinum, Light.</i>	<i>marina</i>
<i>Ruppia maritima</i>	<i>Glaucium luteum</i>
<i>Pulmonaria maritima</i>	<i>Bunias Cakile</i>
<i>Convolvulus Soldanella</i>	<i>Crambe maritima</i>
<i>Chenopodium maritimum</i>	<i>Artemisia maritima</i>
<i>Beta maritima</i>	<i>Aster Tripolium</i>
<i>Salsola Kali</i>	<i>Anthemis maritima</i>
<i>Eryngium maritimum</i>	<i>Ægilops incurvata</i>
<i>Smyrnium olus-atrum</i>	<i>Atriplex portulacoides</i>
<i>Juncus maritimus</i>	<i>littoralis</i>

Omnis hæ plantæ, Plantagine maritimâ exceptâ, non in Helvetiâ reperiuntur. Sequentes maritimæ impropriae, sed quæ solum arenosum antepontentes ibi vivunt, in ultimâ regione quoque videntur; nempe *Galium verum*, *Plantago coronopus*, et *Chironia centaurium* et *pulchiella*.

β. Plantæ rupes littorales habitantes.

<i>Sagina maritima</i>	<i>Lepidium latifolium</i>
<i>Crithmum maritimum</i>	<i>Cochlearia Anglicæ</i>
<i>Ligisticum Scoticum</i>	<i>Danica</i>
<i>Statice reticulata</i>	<i>Sisymbrium Monense</i>
<i>Silene maritima</i>	<i>Lavatera arborea</i>
	<i>Erodium</i>

Erodium maritimum

Carex arenaria

Inula crithmoides

Asplenium marinum

Non in Helvetiâ videntur.

SECUNDA CLASSIS.

Plantæ campestres.

Has in plantas propriè *campestres*, vel locos apertos incolantes, in plantas *sylvestres* vel *umbrosas*, in plantas *paludosas*, et plantas *aquaticas*, distribuo.

a. *Plantæ Campestres*, nempe omnes, quæ in arvis vel prope arva, vel uno verbo in campo aperto vivunt.

Numera harum permagna, cryptogamis exceptis, circiter 276, hic enumerari non necesse credo, quia hæ communissimæ plantæ sunt, ut *Veronica serpillifolia*, *Briza media*, *Dactylis glomerata*, &c. *Helvetia earum* 25 non possidet; nempe,

Salviam

Salviam verbenacam	Sedum rubens
Agrostim capillarem	Cerastium tetrandrum
Holecum lanatum	Spiræam Filipendulam
Dipsacum fullonum	Tormentillam reptantem
Saginam erectam	Brassicam napum
Myosotim versicolorem	Fumariam claviculatam
Tordylium nodosum	capreolatam
Caucalim arvensem	Orobum sylvaticum
Sium verticillatum	Astragalum arenarium
Ericam cinereum	Trifolium ornithopodoidem
Arenariam vernam	striatum
Cotyledonem umbilicum-	Atriplicem hastatam
veneris	patulam

Distributio aliquot plantarum hujus divisionis in Helvetiâ singularis est: sic communis Statice Armeria, quæ a littore ponti usque ad cacumina montium hîc reperitur, solum in altis Alpibus Helveticis crescit; Nardus stricta, Scandix odorata, Allium schœnoprassum, Malva moschata, solum in Alpibus: Alopecurus pratensis, Aira caryophyllea, Sedum reflexum, Digitalis purpurea, Turritis hirsuta, solum in montibus: Centaurea nigra, et Asplenium septentrionale, (in limitibus regionis), solum in monticulis; et Lychnis viscaria, hîc prope limites subalpinæ regionis,

gionis, vel ad 500 et 600 pedum altitudinem habitans, in Helveticis collibus cum Rubo cæsio, Orobanche majori, Gnaphalio dioico, videtur.

Omnes aliæ plantæ, ut hīc, in vallibus habitant, sed valles non minūs quām 1200 pedes supra mare jacent *, sic per bonum exemplum habemus plantas peregrinatori a partibus meridionalibus Europææ, vel ab æquatore ad polum procedenti, sese semper proximitate poli consideratâ, ad minorem altitudinem supra mare offerre.

Addam hīc, convenientiæ gratiâ, aliquot verba de raritate plantarum in ambobus regionibus.

Festuca elatior	Chenopodium viride
Lolium temulentum	vulvaria
Asperugo procumbens	Allium schoenoprasum
Verbascum lychnitis	Orobanche major

hīc ut raræ plantæ spectantur, sed communæ sunt in Helvetiâ: contrâ, Arenaria rubra, Digitalis purpurea, et communis Ulex Europæus,

* Valles magnæ Helvetiæ, ut vallis Lemana, ad 1200 pedum altitudinem vel altius supra mare jacent. Monticulæ ad 2000 vel 2200 pedum altitudinem, et montes in hac altitudine usque ad magis quām 3000 pedum attingunt; postea alpes et altissimi alpes succedunt.

ropaeus, raro in ultimâ regione videntur; ibi Hippophaë rhamnoides locum Ulicis Europæi occupat. Lychnis viscaria et Vicia lathyroides quoque in Scotiâ abundantiores videntur. His paucis plantis exceptis, aliæ æquè communes vel raræ in Helvetiâ ac in Caledoniâ sunt.

$\beta.$ Plantæ Sylvestres vel Umbrosæ.

Septuaginta duo species, cryptogamis exclusis, sylvas Scoticas habitant, ut Poa nemoralis, Asperula odorata, Lysimachia nemorum, Pyrola rotundifolia, &c. &c. Duæ vel tres solùm non in Helvetiâ vivunt; nempe, Orobis sylvaticus et Hypericum androsænum; 70 aliæ in vallibus ut hic gaudent, Poa nemorali et Ajugâ reptante exceptis, quæ monticulas incolant.

$\gamma.$ Plantæ Paludosæ.

Plantæ paludosæ, ut Veronica beccabunga, Pinguicula vulgaris, Scirpus palustris, cæspitosus, Eriophora, &c. numerosiores quàm sylvestres sunt, et 106 species, cryptogamis exclusis, comprehendunt. Ex omnibus istis quatuor, nempe

Œnanthe

Œnanthe crocata, Scutellaria minor, Hypericum elodes, Ophrys paludosa, in Helvetiâ desunt. Inter has plantas aliquando distributionem persingularem observamus : nam Juncus squarrosus communis hîc ubique, tantùm in Gothardo, Viola palustris solùm in Alpibus videtur ; et Primula farinosa, hîc non ad magnam altitudinem supra mare, in Helvetiâ montes habitat ; dum Schœnus compressus, Eriophorum vaginatum, Polygonum bistorta, Geum rivale, Serapias palustris, in monticulis solùm reperiuntur. Infrequentes aliquot paludosæ in Caledoniâ, communes sunt in Helvetiâ, ex. gr.

<i>Sanguisorba officinalis</i>	<i>Cerastium aquaticum</i>
<i>Lysimachia vulgaris</i>	<i>Spergula nodosa</i>
<i>nummularia</i>	<i>Carduus heterophyllus</i>
<i>Colchicum autumnale</i>	<i>Bidens cernua</i>
<i>Polygonum bistorta</i>	<i>Serapias palustris :</i>
contrà, <i>Juncus squarrosus</i> , <i>Peplis portula</i> , ut raræ plantæ in Helvetia habentur ; et aliquot aliæ, ut	
<i>Scirpus setaceus</i>	<i>Triglochin palustre</i>
<i>Hydrocotyle vulgaris</i>	<i>Chrysosplenium alternifolium</i>
non tam frequenter quàm hîc occurrunt.	

d. Plantæ Aquaticæ.

Plantarum Aquaticarum, ut Utriculariarum, Scirpi acicularis, Potamogetorum, &c. 64 species, cryptogamis exclusis, enumerare possim : earum duas solùm, Lobeliam Dortmannam et Sparganium erectum nempe, nunquam in Helvetiâ vidi. Omnes in vallibus Helveticis crescunt ; attamen Potamogeton pectinatum, forsitan solùm in lacubus montium ibi fluctuat. Rara Utricularia minor, rarum Phellandrium aquaticum, et rarum Myriophyllum verticillatum ibi sæpè reperi ; sed contrà, Hydrocotyle inundatus, Alisma ranunculoides, Chara flexilis, raro ibi herbarum peritum delectant.

TERTIA CLASSIS.

Plantæ Subalpinæ.

α. Plantæ Inferioris Subalpinæ regionis.

Campanula rotundifolia

Vaccinium oxycoccos

Erica

Erica tetralix, (in secundæ et tertiae classis limitibus.)

Andromeda polifolia, (forsan primæ classis.)

Sedum villosum, (in turfosis locis.)

Trollius Europæus, (prope rivos.)

Antirrhinum linaria

Anthyllis vulneraria, (in ultimis limitibus secundæ et tertiae classis.)

Hypericum calycinum

Chrysanthemum segetum, (hæc ultima ubique ad initium regionis subalpinæ, et etiam in parte occidentali Scotiæ ad mare usque descendit.)

Helvetiâ 6 earum solum possidet, nam

<i>Erica tetralix</i>	<i>Hypericum calycinum et commune</i>
-----------------------	---------------------------------------

<i>Sedum villosum</i>	<i>Chrysanthemum segetum</i>
-----------------------	------------------------------

desunt; *Antirrhinum linaria* et *Campanula rotundifolia* in vallibus, et quatuor aliæ in monticulis ibi viderunt.

β. Plantæ Superioris Subalpinæ regionis.

Eriophorum alpinum

Carduus helenoides, (in

Ribes alpinum

tertiæ et quartæ classis

Arbutus alpina

limitibus.)

Saxifraga autumnalis

Myrica Gale, (hujus divi-

Trifolium alpestre

sionis character.)

Ophrys

Ophrys cordata, (in paludosis.)

Viola grandiflora

Salix lanata

Ferè omnes, Myricâ exceptâ, in monticulis Helveticis florescunt ; duæ ultimæ solùm in montibus, et Ribes alpinum hic rarum, ibi frequenter occurrit.

γ. Plantæ Subalpinæ, quæ vel in totâ regione habitant, vel quæ non distribuere valeo

Veronica montana (in silvis)

Campanula glomerata

Pinguicula Lusitanica

Ribes nigrum

Circæa alpina

Gentiana campestris

Aira flexuosa

amarella

Cynosurus cœruleus

Drosera rotundifolia

Festuca ovina et vivipara

longifolia

duriuscula

Anglica (omnes

rubra

Droseræ in pa-

decumbens

ludosis locis)

Scabiosa columbaria

Narthecium ossifragum

Cornus Suecica (in paludosis locis)

calyculatum, *Lightf.*

Anchusa sempervirens

Epilobium montanum

Anagallis tenella (sæpè inter Sphagna in secundæ et tertiae classis limitibus)

Chlora perfoliata

Campanula latifolia

Vaccinium myrtillus

trachelium

vitis-idæa

Polygonum viviparum (in regionem alpinam ascendit)

Arbutus

<i>Arbutus uva ursi</i>	<i>Conyza squarrosa</i>
<i>Pyrola minor et secunda</i> (in sylvis)	<i>Erigeron acre</i>
<i>Arenaria larinifolia</i>	<i>Solidago virga aurea</i>
<i>Spergula larinina</i>	<i>Orchis pyramidalis</i>
<i>Rubus saxatilis</i>	<i>conopsea</i>
<i>Helleborus viridis</i>	<i>Satyrium viride</i>
<i>Origanum vulgare</i> (sub- alpinam regionem benè notans)	<i>albidum</i>
<i>Thymus acinos</i>	<i>repens</i>
<i>Bartsia viscosa</i>	<i>Ophrys nidus avis</i>
<i>Subularia aquatica</i> (in la- cuum ripis)	<i>Carex dioica</i>
<i>Genista Anglicana</i> (in locis turfosis cum Pyrolâ ro- tundifoliâ)	<i>montana</i>
<i>Ulex nanus</i>	<i>limosa</i> (in paludosis)
<i>Ornithopus perpusillus</i>	<i>sylvatica</i> (in sylvis)
<i>Hypericum montanum</i>	<i>pendula</i>
<i>Hieracium sylvaticum</i>	<i>vesicaria</i>
<i>Hypochaeris glabra</i>	<i>inflata</i>
<i>Gnaphalium sylvaticum</i>	<i>Littorella lacustris</i>
Ex omnibus istis 9 solùm non in Helvetiâ vidi, nempè,	<i>Betula alba</i>
<i>Pinguiculam Lusitanicam</i>	<i>Pinus sylvestris</i> (duæ ul- timæ characteres hujus classis).
<i>Cornum Sueicum</i>	<i>Empetrum nigrum</i>
	<i>Anchusam sempervirentem</i>
	<i>Droseram Anglicam</i>
	<i>Spergula</i>

<i>Spergularia larinina</i>	<i>Genista Anglicana</i>
<i>Bartsia viscosa</i>	<i>Ulicem nanum.</i>
<i>Subularia aquatica</i>	
Cæteræ in variis locis ibi habitant. Sic in altis montibus, <i>Festuca decumbens</i> . In montibus,	
<i>Circæa alpina</i>	<i>Gentianæ</i>
<i>Aira flexuosa</i>	<i>Narthecium calyculatum</i>
<i>Cynosurus cœruleus</i>	<i>Rubus saxatilis</i>
<i>Festuca rubra</i>	<i>Helleborus viridis</i>
<i>Campanula latifolia</i>	<i>Empetrum nigrum.</i>
<i>Ribes nigrum</i>	
In monticulis,	
<i>Vaccinium vitis idaea</i>	<i>Ophrys nidus avis</i>
<i>Polygonum viviparum</i>	<i>Carex limosa</i>
<i>Satyrium viride</i>	
In collibus,	
<i>Epilobium montanum</i>	<i>Betula alba</i>
<i>Pyrola minor et secunda</i>	<i>Pinus sylvestris</i>
<i>Gnaphalium sylvaticum</i>	
Et cæteræ solùm in vallibus distribuuntur.	
Raræ plantæ, ut	
<i>Scabiosa columbaria</i>	<i>Conyza squarrosa</i>
<i>Chlora perfoliata</i>	<i>Orchis pyramidalis</i>
<i>Thymus acinos</i>	et
<i>Hypericum montanum</i>	<i>Satyria</i>
ibi communes sunt; contrà, <i>Ornithopus perpu-</i> <i>sillus</i> in <i>Helvetiâ</i> haud tam frequenter quàm hîc videtur.	

QUARTA CLASSIS,

Vel *Plantæ Alpinæ.*

a. Plantæ Inferiorem alpinam regionem incolantes, ex. gr.

Trientalis Europæa et

Sanicula Europæa *Salix Myrsinoides*

Prima in Helvetiâ deest; secunda in monticulis, et tertia in altis montibus solum vivit.

b. Plantæ Superiorem alpinam regionem amantes, ex. gr.

Sibbaldia procumbens *Cardamine petræa*

Cherleria sedoides *Gnaphalium alpinum*

Cerastium latifolium *Salix herbacea & reticulata*

Rosa villosa *Rodiola rosea*

Hæ omnes, Cardamine et Salice reticulato exceptis, altos alpes Helvetiæ ornant; Gnaphalium alpinum quoque in alpibus jam vivit.

y. Plantæ Alpinæ de quarum distributione non satis nosco.

Veronica alpina *Myosotis rupicola*

Poa alpina *Azalea procumbens*

Juncus

Juncus trifidus	Hieracium alpinum
spicatus	taraxaci, <i>Light.</i>
Rumex digynus	villosum?
Epilobium alpinum	Serratula villosa
Vaccinium uliginosum	Carex pauciflora
Saxifraga stellaris	atrata
nivalis	capillaris
oppositifolia	Betula nana, (aliquando
hypnoides	sed raro in subalpinam
rivularis	regionem descendit)
Silene acaulis	Salix arbuscula
Rubus chamaemorus	Stuartiana
Potentilla aurea	Dicksoniana
Dryas octopetala	Andersoniana
Thalictrum alpinum	rupestris
Draba incana	sphacelata
Cochlearia Groenlandica	Taxus baccata.

Ex omnibus his,

Myosotis rupicolam	Rubum chamæmorum
Saxifraga nivale et ri-	Drabam incanam
vularem	Cochlearia Grœnlandicam
et omnes Salices, arbusculâ exceptâ, non in Hel-	
vetiâ vidi vel nosco : omnes Alpes habitant, et	
ut in Scotiâ distribuuntur ; paucæ solùm in	
altis alpibus primò videntur, ut	
Juncus trifidus	Saxifraga oppositifolia et
Rumex digynus	hypnoides
	Thalictrum alpinum.

Hie

Hic Scotiæ plantarum ordinationis finis est; nunc ordinis in quo Plantæ Alpinæ mihi in montibus oblatæ fuerunt, exemplum dabo.

Supponendo herbarum peritum totam subalpinam regionem transvisisse, ubi primò Chrysanthemum segetum, Campanulam Rapunculum, &c. posteà Pinum sylvestrem, &c. &c. tandem Betulam albam et Carduum helenoidem, &c. invenerit, et eum ad radices alpium jacere, plantas sequentes in sequenti ordine reperiet:

Prima Zona. { Sylvæ et Dumeta Betulæ albæ, quæ Saniculam Europæam, Rosam villosam, aliquot Carices et Gramina continent.

Secunda Zona. { Dumeta evanescunt; Pteris aquilina, et unus vel duo alii filices locum suum occupant: turfosa loca, Rubum Chamæmororum, Carex paucifloram, aliquot Juncos et Lichenes, ut *L. pustulatum*, continentia.

Tertia Zona. { Pteris aquilina sensim minùs frequens fit, et tandem cessat; et reperiuntur, Saxifraga stellaris Silene acaulis Lichen islandicus.

Quarta

Quarta Zona.	Saxifraga nivalis
	Azalea procumbens
	Hieracium taraxaci, <i>Lightf.</i>
	villosum
Quinta Zona.	Salix herbacea
	Lichen croceus?
	Rhodiola rosea
	Salix reticulata
Sexta Zona.	Cochlearia Grœnlandica.
	Cardamine petræa
	Cerastium latifolium
	Gnaphalium alpinum
	Sibbaldia procumbens
	Polytrichum alpinum.

Conclusiones hic venient.

DE PROPRIA GEOGRAPHICA DISTRIBUTIONE
PLANTARUM PARTIS SCOTIÆ.

Articulus II.

IN hoc capitulo solùm de herbis comitatus Scoticos a me peregrinatos habitantibus disse-ram: ab orientali meridionali latere incipiam, et ad occidentale meridionale sistam.

Quæstio

Quæstio an planta rara haud communis est, certè hic longum articulum formare deberet; sed comparationis gratiâ, de hoc jam in capitulo præcedenti, an planta rara et communis in Helvetiâ esset addendo, scripsi.

Comitatu Haddington vocato, multa plana continente, et ex omnibus comitatibus Caledonicis maximè culto, perito herbarum, qui raras plantas quærit, parvam tantum messim offert; reverà, communes plantæ campestres, et aliquot regionis subalpinæ inferioris, videntur; sed in maris littore, numerosa marina vegetabilia, saxa basaltica obtegentia, laborem algologi amplissimè remunerant.

Comitatus Edinensis, peritis herbarum maximè notus, et unus quoque e fertilissimis est; nam in eo planities, loci turfosi, sylvæ, et pars regionis subalpinæ, præter littus a plantis marinis bene ornatis, adsunt.

Inter has ultimas, *Fucus ligulatus* rarissimus est, et solùm bis spatio aliquot annorum ab herbarum peritis præstantissimis NEILL et MAUGH-

AN inventus fuit *. Fucus filum quoque occurrit, sed ut *Fucus phyllitis*, *esculentus* et *articulatus*, littus occidentale anteponere videtur: *Fucus endiviæfolius*, *subfuscus*, et *pulchra Conferva arbuscula*, in rupibus propè Cramond, et in parvulis insulis sinus Forth vocati, satis frequentes sunt, et in una harum *Lavatera arborea*, et *Asplenium marinum*, plantæ raræ, quoque gaudent.

In planicie hujus comitatus solùm *Salviæ verbenacam*, *Viciam lathyroidem*, *Echium vulgare*, et *Phellandrium aquaticum*, &c. ut exempla divitiarum hujus partis citabo; in sylvis, *Lathræa squamaria*, *Primula farinosa*, *Fumaria clavicolata*, *Lichen floridus*; et in paludibus, *Ophrys corallorhiza*, et *Utricularia minor* videntur, secundam et ultimam plantam in nullâ aliâ parte Scotiæ a me visitatâ inveni. In sylvis antiquis Roslinianis, singularis *Buxbaumia aphylla* inventa fuit.

In

* Memoirs of the Wernerian Natural History Society, vol. i. p. 248.

In regione subalpinâ, magnam partem montium Pentland vocatorum occupante, Sedum villosum, et multos Lichenes, ut paschalem, cornucopiodem, *Lightf.* vidi.

In comitatu Fife vocato, plantæ campestres et subalpinæ inferiores habitant; in mari multæ algæ fluctuant; in littore, ut in Edinensi, *Salicornia* herbacea, *Eryngium maritimum*, reperiuntur; sed præterea, præcipitas rupes possidet, ubi elegans *Ligusticum Scoticum*, *Atriplex littoralis*, *Silene maritima*, et pulchra *Pulmonaria maritima*, (vulgò solùm in littore occidentali reperita), gaudent.

De interiore regione non multùm audivi. Non multæ sylvæ et loci plantis terrestribus fausti adsunt, et montes potius colles aridæ sunt: tamen *Cynoglossum vulgare*, *Ornithogalum luteum*, *Orobanchem majorem*, *Ophrim nidum-avis*, et *Tetraphim ovatam*, ibi nosco, quæ hic raræ sunt, dum in Helvetiâ ferè omnis sylva primas plantas abundè offert.

Comitatus Perth vocatum, centrum Scotiæ,
et

et mari aquilonibus sulcato similis, est, ut ita dicam, Hortus Caledonicus, nam illic sylvæ et rivi, et rupes abundant; ibi DONII, DICKSONII, et alii, tam multa detegerunt, et ibi periti herbarum futuri Scotiæ divitias reperient, quæ nomen eorum immortale reddent.

Hic comitatus in genere a dimidiâ parte subalpinæ regionis, vel forsan a totâ hâc, et a regione alpinâ constat: in primâ earum, sylvæ, præcipue a Betulâ albâ et Pino sylvestri compositæ, apparent, imprimis secus fluvios magrios ut Tay et Dee habitant. Multæ plantæ circa Genevam communes primò in his locis visæ sunt; exempli gratiâ, Campanula rapunculus, Veronica montana, Circæa alpina, &c. præter Chrysanthemum segetum, quæ arva eodem modo aurat ut Centaurea cyanus Helvetica cœrulescit; hæc ultima certè quoque videtur, sed parcè.

Sylvæ magnum numerum Lichenum continent, qui prosperè vivunt, ut Lichen pulmonarius, lætevirens, &c. et Musci et Fungi ibi copiosi sunt.

Ad montium radices, Carduus helenioides, Rosa villosa, Ophrys nidus avis, et multæ aliæ plantæ

a peregrinatore reperiuntur, quæ in limitibus regionis subalpinæ et alpinæ jacent.

In regione alpinâ sylvæ evanescunt, tantùm montes aridi, paludosí, vel rupes acervati oculo stupefacto sese offerunt; sparsim tantùm indicia percipiuntur, quæ sylvas antiquas in his locis indicare videntur, et quas manus sacrilega hominum ad nihilum reduxit. Nunc Filices, repentes aliquot Salices, cum Juncis et Lichenibus intermixti, locum eorum occupant.

Altius ascendendo, multæ plantæ alpium editorum Helvetiæ videntur, et aliquot propriæ; ut Rubus chamæmorus et arcticus, Dryas octopetala, Betula nana, Rhodiola rosea, Cardamine petræa, Cherleria sedoides, et Lichen Fahlunensis, &c.

Ex omnibus vallibus hujus comitatûs, vallis aquis Lacûs Tay vocati ornata, certè ditissima est, suum cornu abundantiaæ hic spargere, Naturæ placuisse videtur; sic in aquis lacûs, singularis Subularia aquatica manet, et in montibus Ben Lawers et Craig Chailleach vocatis, præter omnes plantas alpinas supra enumeratas, Epilobium alsinefolium, Hieracium alpinum et villosum, Salix reticulata et

et herbacea, et Lichen croceus, inveniuntur. Illic quoque veneratione dignus Doctor STUART Salicem Stuartianam detexit. Observatione dignum est, hunc locum omnino ex schisto micaceo componi.

In comitatus Murray et Nairn vocatos perlustrando, nihil magni momenti percepit, aliquot Cryptogamis exceptis : prope pontum solum arenosum, et in interiore parte monticulis occupatâ arida occurrunt ; attamen in montibus meridionalibus, propè Aviemore, eximii fratres BROWN, Perthenses, Menziesiam cœruleam reperierunt.

E comitatu Invernessensi, parum meæ notitiæ venit : pars meridionalis præcipue e regionibus subalpinis et alpinis constat ; in primâ, sylvarum Caledonicarum, Romanorum terroris, aliquot venerandæ reliquiæ remanent ; et in ore lacuum Littorella lacustris et Lobelia Dortmanna a me reperta fuerunt : Satyrium repens illic quoque crescit. Regio alpina parùm perlustrata fuit ; attamen novimus Grimmiam Donnianam, &c. præter raras phænerogamas plantas, nempe,

Gentianam

Gentianam nivalem, Bartsiam alpinam *, et
Saxifragam rivularem ibi habitare : hæc ultima
altissimum Britannicum montem, Ben Nevis,
Gallicè vocatum, ornat.

Vastus comitatus Argylensis plantas omnium
regionum continet, sed præcipue in plantas ma-
rinas et maritimas alios excellit : multa de his
non in dissertatione intrare valent, propterea
solùm insulas Skye et Mull vocatas, ut domici-
lium maximi numeri Fucorum et Confervarum
hujus imperii indicō. Inter plantas maritimas
Aster tripolium frequentissima est ; nec Salsolam
Kali nec Pulmonariam maritimam, per ineptiam
probabilè, vidi.

Quod attinet ad plantas terrestres, insulâ Mull
ferè solùm ex palude constante, et montes satis
altas possidente, Cyperaceorum, Muscorum, pa-
ludosorum, et Lichenum magna messis expec-
tanda est.

In

* Clari periti herbarum et horticultores BROWN, urbem
Perth incolantes, has ambas plantas rarissimas detexerunt.

In vicinis urbis Inverary sylvis obtectis, multi Lichenes vivunt. Circa vallem Kinglass vocatam, alpinæ aliquot sunt; et in Cantire, Riccia glauca secundum LIGHTFOOTUM invenitur.

In Comitatu Dumbartonensi, satis copiosè plantas campestres percepi. Præterea ejus magnus lacus, pulchri montes, e quibus mons Lomond ut rex emergit, multas aquaticas et alpinas continent, verbi gratiâ, Spargania, Rubus chamaemorus, Azalea procumbens, Dryas octopetala, Cerastium latifolium: hæc ultima planta cæspitem frigefacti periti herbarum in summo apice montis Lomond format; illic quoque Hieracium taraxaci, Lightf. et multi Lichenes incolant, et adhuc schistus micaceus abundat.

Comitatus Renfrew vocatus, nihil momentosi mihi obtulit: arva multa possidet, et basalticus omnino ferè est; solùm Sison verticillatum prope Greenock, et in ore Clydi opposito habitans, hunc comitatum distinguit.

In Insulâ Arran vocatâ, præcipue plantas subalpinas

alpinas satis altas, et plantas alpinas, præter multas marinas et maritimas, inveni. Inter ultimas, *Pulmonaria maritima*, *Glaux maritima*, *Eryngium maritimum*, maximè communes sunt. *Smyrnium olus-atrum*, *Cotyledon umbilicus-veneras*, *Œnanthe crocata* et *pimpinelloides*, quoque prope pontum; et in turfosis locis, *Anagallis tenellam*, *Droseram longifoliam?* et *Anglicam*, cum sphagnis mixtas, observavi.

In littore occidentali insulæ, *Osmunda regalis* gaudet, et in interiore regione multi Musci, *Jungermannia julacea*, *Lightf.* et magnus numerus *Lichenum*, cum raris *Tremellis*, sparsim graniticos muros horum desertorum montium obtengunt.

Comitatus Ayrensis, perito herbarum magni momenti propter duas causas est; nempè, magnam latitudinem littoris maris, et catenam montium partim graniticorum a geologo dictorum: illic multæ plantæ iterum apparent, quas peregrinator a tempore, quo montes *Grampians* vocatos reliquerat, nunquam iterum reperierat, sic *Dryas octopetala*, &c. Rara *Scutellaria minor* ibi quo-
que

que existit. In solo arenoso planitiei, Centunculus minimus; in locis humidis, Peplis portula, Veronica hirsuta*; ad radices montium, Acorus calamus, et rarum Hypericum calycinum habitant †: Pinguicula Lusitanica, Lichen uncialis, furcatus, et multa Phasca, Splachna, et Hypna, in montibus altioribus vivunt; et in ripis lacuum modicorum Cyperacea quædam rara sunt, ut Carex limosa, &c.

Comitatus Wigtonensis parùm peritis herbarum notus; attamen plantis turfosis numerosis illustris recenseri debetur; nam Andromeda polifolia, Ophrys cordata, Malaxis paludosa, ibi florescunt; non novi an ultima planta alibi in Scotiâ visa fuit.

E

Non

* *Veronica hirsuta*, nova species, a JACOBO SMITH, Airensi, inventa fuit.

† Acorus ab intrepido ROBERTO SMITH, Airensi, nuper inventus fuit: Hypericum calycinum, olim ab JOHANNE MACKAY repertum, solùm in duobus aliis mundi locis, nempe prope Cork in Hiberniâ, et prope Constantinopolim, inveniri novimus. Linn. Trans. vol. viii. p. 268.

Non montes continet, sed quoque rupes maritimæ numerosæ sunt: præter elegantes plantas marinas, eidem industrioso SMITHIO, de quo jam locutus sum, duas Floræ Scoticæ novas plantas, nempe, Inulam crithmoidem et Staticem reticulatam, (*Eng. Bot.*) præbuerunt; cum Crithmo maritimo et Chenopodio maritimo, in promonto-rio meridionali *Mull of Galloway* Anglicè vocatum, habitant: hæ tres primæ plantæ potius Anglicæ quàm Scoticæ sunt, et probabile est grana eorum a littore opposito Vallensi, vel a parte magis meridionali, a vento allata fuisse.

Ad Portum Patrick magnam messim Fucorum et Confervarum feci; ventus et loci mihi favebant, littore rupibus incisis constante, plantæ marinæ a furore venti illic projectæ, non amplius exire posserant, et sic facilis preda mihi fuerunt; inter eas pulcherrima specimina Fuci esculenti, Fuci phyl-litidis et articulati, et multarum Confervarum reperi.

In comitatu Dumfriesense, partem septentrio-nalem solùm perigrinavi, quæ plantas paludosas et Orobum sylvaticum continet, et quæ præterea
ferè

ferè omnino e saxo *Grauwacke* a Germanis geologis vocato composita, nimis perito herbarum sterilis est; idem in aliis similibus locis jam observavi. In Montibus Plumbiferis, montibus Pentlandicis formâ affinibus, solùm *Clinopodium vulgare*, *Hieracium cerinthoides*, et aliquot *Filices* præcipue notavi.

Comitatus Lanark et Peebles vocati, impribus ex ericetis et turfosis locis constant, exceptâ vicinitate oppidi Lanark; ubi in profundâ et præruptâ rupium fissurâ *Cartland Craigs* vulgo dictâ, multæ plantæ subalpinæ reperiuntur; et secus fluvium Clyde, cuius ripæ arboribus pulchrè obiectæ, et a ventis magis quam reliqua Scotia protectæ, *Pyrolam* rotundifoliam, et in genere plantas sylvestres præbent; et præterea multi frutices, res perrara alibi, ibi vigent.

Quod ad ericeta attinet, *Erica vulgaris*, cineræa ubique, et *tetralix* passim videntur; et in turfosis locis *Eriophorum vaginatum*, aliquot *Sphagna* et *Phasca*; et propè Muirkirk, *Arbutus alpina*, planta rara, vivunt.

Distributione geographicâ plantarum finitâ, hic locus conclusionum quarundam a comparatione habitationis earum orientium, esset; exempli gratiâ, comitatus Perth vocatus ditissimus est, vel tales plantæ solùm in parte occidentali, tales solùm in parte orientali jacent, sed tempus ad id non mihi licet.

DE SITU GEOGNOSTICO PLANTARUM.

Articulus III.

QUASDAM plantas magis in quodam solo quâm in alio gaudere, vel quasdam rupes aliis anteponere, a longo tempore observatum fuit. In variis Floris numerosas geognosticas observationes reperimus, quarum collectio, fortassè, ad conclusiones singulares conducere posset. Huic inquisitioni satis mentem meam applicavi, et facta aliquot jam possideo, quorum hic, vix alibi quâm in Florâ Scoticâ et Anglicâ exempla mea ducento, levem ideam dare conabor.

Terra habitabilis in genere, e locis planis vel sine ullâ rupe, et e montibus vel eminentiis constat:

stat: scientiæ herbariæ pars geognostica igitur, duas sequentes quæstiones respondebit, nempe,
 Si planta planitiei est, quod solum anteponit?
 Si planta montosa, quod saxum diligit?

Priori quæstioni primò respondemus, Quædam vegetabilia Aquam, aliæ Terram habitare; et sic duas magnas divisiones, nempè, *Plantas Aquaticas* et *Plantas Terrestres*, obtinemus.

Plantæ Aquaticæ iterum subdividentur,
 1mò, In plantas *marinas*.

2dò, In plantas *aquaæ dulcis* vel non salinæ.

3tiò, In plantas *turfosas*, vel loca turfosa incolantes.

4tò, In plantas *paludosas*, vel locum plus vel minus humoris per totum annum continentem anteponentes.

Plantæ Terrestres subdividentur,

1mò, In plantas soli *silicosi*.

2dò, In plantas soli *argillosi*.

3tiò, In plantas soli *calcacei*.

4tò, In plantas soli *salini*.

5tò, In plantas *stercoris* vel *fimi*.

6tò,

6tò, In plantas soli *sulphurosi*?

7mò, In plantas soli *bituminosi*?

8vò, In plantas *soli volcanicici*? Sub hoc nomine non tantùm solum terræ commotionibus, &c. subjectum comprehendo, sed adhuc sola, quæ fontes aquæ calidæ, et uno verbo plus caloris interni quàm alia possidere apparent.

Quod ad secundam quæstionem attinet, plantæ sequenti modo distinguendæ mihi videntur.

1mò, Plantæ rupium *graniticarum*, *Granite* et *Gneiss* comprehendentium: Attamen ingeniosus SPRENGEL * quosdam Lichenes saxo Gneiss vocato proprias enumerat, ita ut fortassè divisio futuro tempore necessaria erit.

2dò, Plantæ rupium *quartzosarum*; saxa vulgè Quartz, Flint, &c. vocata hìc comprehendens.

3tiò, Plantæ rupium *felspar* et *claystone*, a mineralogicis vocatarum?

4tò, Plantæ rupium *schisto-micaceo* compositi tarum,

* SPRENGEL, Introduction to the Study of Cryptogamous Plants, p. 373.

tarum, præter hunc schistum talcosum quoque hic intelligens.

5tò, α. Plantæ rupium *schisti-argillosi duri*, (præcipuè schisti argillosi Formationis Primitivæ et Transitionis, secundum WERNERUM).

β. Plantæ rupium *schisto-argillosi minùs duri*, vel Formationis Secundariæ, (Flætz WERNERI).

6tò, Plantæ rupium *calcarearum durarum* et *minùs durarum*; sub ultimo nomine, præsertim Cretam, et aliquot rupes calcareas formationis secundariæ designans.

7mò, Plantæ rupium *arenacearum*.

8vò, Plantæ rupium *basalticarum*; sub hoc titulo, omnia saxa Grünstein, Basalt et Clinkstein a Germanis geologis vocata, conjungens.

9nò, Plantæ rupium *sieniticarum*; præter rupem Sienite vocatum, aliquot Porphyros hic referens.

10mò, Plantæ rupium *Grauwacke* vocatarum?

11mò, Plantæ rupium *conglomeratarum*, vel a variis saxis compositarum.

12mò, Plantæ rupium *volcanicarum*?

Fortassè præterea, plantæ in eodem saxo, secundum quantitatem metalli, vel sulphuris, vel carbonis,

carbonis, vel bituminis, in eo contentam, variant; ita ut, si experientia id verum probaret, sub quaque harum divisionum de his loquendum esset.

De plantis sic impartitis disserendo, primò Marinæ, postea Aquaticæ vel aquam amantes, et tandem Terrestres enumerandæ erunt.

PLANTÆ PLANITIEI.

§ 1. Plantæ Aquaticæ.

1mò, Plantæ marinæ.

Omnes Fuci; magnus numerus Confervarum et Ulvarum; Zostera marina, Potamogeton marinum, et Ruppia maritima.

2dò, Plantæ turfosæ.

Gentiana pneumonanthe	Andromeda polifolia
(in Helvetiâ)	Rubus chamæmorus
Drosera rotundifolia, longifolia, et Anglica	Thalictrum alpinum
Narthecium ossifragum	Malaxis paludosa
Scirpus cæspitosus acicularis?	Iæselii (in Helvetiâ)
Saxifraga hirculus	Sphagnum latifolium
	Grimmia homomalla
	Grimmia

<i>Grimmia nigrita</i>	<i>Bryum dealbatum</i>
<i>Dicranum uncinatum</i>	<i>Polytrichum commune</i>
<i>cerviculatum</i>	<i>attenuatum</i>
<i>Trichostomum papillosum</i>	<i>Lichen ericetorum, E. B.</i>
<i>Hypnum stellatum</i>	<i>upcialis, id.</i>
<i>scorpioides</i>	<i>brunneus, Ach.</i>

3tò, Plantæ aquæ dulcis.

Omnis plantæ suprà sub nomine Aquaticarum enumeratae, exceptis sequentibus:

<i>Veronica anagallis</i>	<i>Polygonum amphibium</i>
<i>Iris pseudacorus</i>	<i>Stachys palustris</i>
<i>Cicuta virosa</i>	
quæ forsan melius inter plantas Paludosas collocarentur, et addendo contrà aliquot Lichenes, ut <i>Parmeliam fluvatilem, Endocarpon Weberi</i> .*	

4tò, Plantæ paludosæ.

Omnis plantæ que sub eodem titulo suprà ordinavi, exceptis plantis turfosis nunc transcriptis, et aliquot plantis quibus rupes necessariæ videntur, tales sunt:

<i>Montia fontana</i>	<i>Chrysosplenium oppositifolium</i>
<i>Daphne laureola</i>	<i>Bartramia fontana</i>
<i>Chrysosplenium alternifolium</i>	<i>Tremella nostoc, Lightf.</i>

F

§ 2.

* SPRENGEL, Introduction to the Study of Cryptogamous Plants, p. 376.

§ 2. Plantæ Terrestres.

α. Plantæ soli silicosi, exempl. gr.

<i>Veronica scutellata</i>	<i>Herniaria glabra</i>
<i>trifolios</i>	<i>hirsuta</i>
<i>verna</i>	<i>Hyacinthus racemosus</i>
<i>Panicum viride</i>	<i>Juncus acutus</i>
<i>dactylon</i>	<i>campestris</i>
<i>Phleum arenarium</i>	<i>bafonius</i>
<i>Aira canescens</i>	<i>Scleranthus annuus</i>
<i>Poa rigida</i>	<i>perennis</i>
<i>Cynosurus echinatus</i>	<i>Arenaria peploides</i>
<i>Festuca bromoides</i>	<i>serpillifolia</i>
<i>myurus</i>	<i>rubra</i>
<i>uniglumis</i>	<i>marina</i>
<i>Bromus diandrus</i>	<i>tenuifolia</i>
<i>Arundo arenaria</i>	<i>Sedum Anglicum</i>
<i>Hordeum maritimum</i>	<i>acre</i>
<i>Triticum junceum</i>	<i>hexangulare</i>
<i>loliaceum</i>	<i>Cerastium semidecandrum</i>
<i>Sagina procumbens</i>	<i>tetrandrum</i>
<i>apetala</i>	<i>Spergula arvensis</i>
<i>Radiola millegrana</i>	<i>pentandra</i>
<i>Pulmonaria maritima</i>	<i>subulata</i>
<i>Convolvulus soldanella</i>	<i>Euphorbia peplus</i>
<i>Jasione montana</i>	<i>paralia</i>
<i>Chironia pulchella</i>	<i>Rosa spinosissima</i>
	<i>Glaucom</i>

<i>Glaucium luteum</i>	<i>Salix repens</i>
phœnicium	
<i>Papaver dubium</i>	<i>Hypophaë rhamnoides</i> (Hel- vetia)
<i>Ajuga chamaepitys</i>	<i>Atriplex glaciata</i>
<i>Lamium incisum</i>	<i>Equisetum variegatum</i>
amplexicaule	<i>Phaseum subulatum</i>
<i>Thymus acinos</i>	cuspidatum
<i>Antirrhinum minus</i>	<i>Grimmia heteromalla</i>
<i>Bunias Cakile</i>	<i>Trichostomum canescens</i>
<i>Crambe maritima</i>	<i>Tortula fallax</i>
<i>Erodium maritimum</i>	anguiculata
<i>Astragalus hypoglottis</i>	nervosa
<i>Trifolium medium</i>	cuneifolia
arvense	<i>Hypnum albicans</i>
scabrum	<i>Polytrichum subrotundum</i>
<i>Carlina vulgaris</i>	<i>Dicksonia</i>
<i>Artemisia campestris</i>	<i>Lichen granulatus</i> , E. B.
<i>Carex arenaria</i>	

3. Plantæ soli argilloosi.

Multæ plantæ paludosæ, et sequentes :

<i>Aira præcox</i>	<i>Glaux maritima</i>
<i>Dactylis stricta</i>	<i>Beta maritima</i>
<i>Plantago maritima</i>	<i>Gentiana campestris</i>
<i>Sagina erecta</i>	<i>Bupleurum tenuissimum</i>
<i>Verbascum major</i>	<i>Caucalis nodosa</i>
blattaria	<i>Frankenia laevis</i>
virgatum	<i>Rumex pulcher</i>
	<i>Triglochin</i>

<i>Triglochin maritimum</i>	<i>Salix Forbiana</i>
<i>Colchicum autumnale</i>	<i>rubra</i>
<i>Dianthus deltoides</i>	<i>triandra</i>
<i>Leonurus cardiaca</i>	<i>nigricans</i>
<i>Scutellaria minor</i>	<i>stipularis</i>
<i>Cochlearia Angliae</i>	<i>mollissima</i>
<i>Danica</i>	<i>viminalis</i>
<i>Geranium sanguineum</i>	<i>Atriplex pedunculata</i>
<i>Trifolium glomeratum</i>	<i>littoralis</i>
<i>Sonchus arvensis</i>	<i>Phascum patens</i>
<i>Picris echioides</i>	<i>stoloniferum</i>
<i>Carduus acaulis</i>	<i>Gymnostomum ovatum</i>
<i>Carex limosa</i>	<i>Grimmia nuda</i>
aliquot Lichenes, et multi Fungi.	

In y. Plantæ soli calcarei, ex. gr.

<i>Veronica spicata</i>	<i>Verbascum niger</i>
<i>Bromus erectus</i>	<i>lychnitis</i>
<i>pinnatus</i>	<i>Gentiana amarella</i>
<i>Avena pubescens</i>	<i>Caucalis daucoides</i>
<i>pratensis</i>	<i>Campanula latifolia</i>
<i>Elymus Europaeus</i>	<i>Sison amomum</i>
<i>Triticum caninum</i>	<i>segetum</i>
<i>Dipsacus pilosus</i>	<i>Berberis vulgaris</i>
<i>Scabiosa columbaria</i>	<i>Clematis vitalba</i>
<i>Lithospermum purpureo-</i>	<i>Helleborus viridis (Helv.)</i>
<i>coeruleum</i>	<i>fœtidus id.</i>
<i>Campanula hybrida</i>	<i>Nepeta cataria</i>
	<i>Stachys</i>

<i>Stachys Germanica</i>	<i>Tussilago Farfara</i>
<i>Antirrhinum repens</i>	<i>Senecio tenuifolius</i>
<i>Iberis amara</i>	<i>Orchis pyramidalis</i>
<i>Astragalus hypoglottis</i>	<i>hyrcinus</i>
<i>Trifolium medium</i>	<i>Aceras antropophora</i>
<i>scabrum</i>	<i>Herminium monorchis</i>
<i>Lactuca saligna</i>	<i>Ophrys muscifera</i>
<i>Carduus nutans</i>	<i>apifera</i>
<i>acaulis</i>	<i>aranifera</i>
<i>Conyza squarrosa</i>	<i>Pterogonium filiforme</i>
	<i>Hypnum commutatum, &c.</i>

d. Plantæ *soli salini*, ex. gr.

<i>Salicornia herbacea</i>	<i>Salicornia fruticosa</i>
<i>procumbens</i>	<i>Salsola kali</i>
<i>radicans</i>	

et aliquot aliæ maritimæ plantæ.

In Florâ Sibericâ, quantum quædam plantæ
hoc solum anteponunt, perbonum exemplum in-
venimus; nam in immensis campis hujus regio-
nis, magnum numerum Salicorniarum et Salsola-
rum, detexit celeberrimus PALLAS. (Vide Iti-
nera PALLASII).

e. Plantæ *fimi*, ex. gr.

<i>Chenopodium rubrum</i>	<i>Coriandrum sativum</i>
<i>urbicum</i>	<i>Xanthium strumarium</i>
<i>ficifolium</i>	<i>Amaranthus blitum</i>

et multi Fungi. q. i. doy. jost. de. si. gony. +
Plantas

Plantas solorum *sulphurosorum*, *bituminosorum* et *volcanicorum*, solùm supposui, et experientia futura id corriget vel confirmabit.

PLANTÆ MONTOSÆ,

Vel in Saxis habitantes.

1mò, Plantæ *rupium graniticarum*.

De plantis phænerogamis graniticas rupes anteponentes, nihil certi hucusque nosco, et sic satis erit Cryptogamarum sequentem catalogum dare:

Lichen polyphyllus, E. B. Lichen sanguinarius, E. B.

Fahlunensis, id. crinitus, *Light.*

furfuraceus, id. Lecidea atrovirens

Acharii, id. sulphurea

fuciformis, id. silacea

pustulatus, id. ochroidea

polytropus, id. Urceolaria tessulata *.

proboscideus, id.

aliquot Fuci, secundum doctissimum TUR-
NERUM †.

2dō,

* Lecideæ et Urceolaria secundum SPRENGEL, Introduction, &c. p. 373.

† Synopsis of British Fuci, vol. i. p. 23.

2dò, Plantæ *saxorum quartzosorum*.

Solum sequentes pro exemplum :

Aira flexuosa	Lichen acrotellus, E. B.
Jasione montana	fibrosus, id.
Allium arenarium	tuberculosus, id.
Lichen dendriticus, E. B.	resupinatus, id.
aromaticus, id.	cretaceus, id.

3tiò, Plantæ rupium *schisto-micaceo* composita-
rum.

Alchemilla alpina	Lichen polytropus, E. B.
Carex ustulata	fusco-luteus, id.
Salix herbacea	tristis, id.
reticulata	pellitus, id.
Dicranum virens	Byssus nigra, <i>Lightf.</i>
Lichen croceus, E. B.	Verrucaria trachona, <i>Spren.</i>

4tò, Plantæ rupium *schisto-argilloso*, constan-
tium.

Lichen synopicus	Lichen coarctatus
tesselatus	

Sub hâc divisione omnes plantæ, et præcipue cryptogamæ, in lateribus vel tegulis habitantes, collocandæ sunt, nam hæc præcipue aluminâ formantur.

5tò, Plantæ rupium *calcarearum*.

a. Plantæ

α. Plantæ rupium calcarearum durarum.

Galium pusillum	Astragalus glycyphyllos
Atropa belladonna, (Helvet.)	Hypericum calcareum
Athamanta libanotis	Prenanthes muralis
Pastinaca sativa	Epipactis nidus-avis
Anethum fœniculum	Buxus sempervirens
Pimpinella dioïca	Polypodium calcareum
Viburnum lantana	Grimmia calcarea
Linum perenne	Hypnum curvatum
Tulipa sylvestris	myosuroïdes
Chlora persfoliata, (Helvet.)	abietinum
Arbutus unedo	molluscum
Silene nutans	Lichen calcareus, <i>Light.</i>
Reseda lutea	Harrimanni, E. B.
Pyrus aria	exanthematicus, id.
Cistus surrejanus	lentigerus, id.
Thymus nepeta	marmoreus, id.
Draba incana	crenulatus, id.
Hutchinsia petræa, (Helvet.)	rimosus, id.
Thlaspi perfoliatum	candidans, id.
Anthyllis vulneraria	Schradari, id.
Hypocrepis comosa	Urceolaria purpurascens, S.
Hedysarum onobrychis	Rivularia calcarea, E. B.

*β. Plantæ rupium calcarearum minus durarum,
ex. gr.*

Lichen plumbosus, E. B.	Opegrapha calcarea, E. B.
cretaceus, id.	

aliquot Fuci, secundum TURNERUM.

6tò, Plantæ rupium *arenacearum*, (Sandstone),

ex. gr.

<i>Tetraphis ovata</i>	<i>Lecidea privigna</i> , <i>Sprengel</i> .
<i>Lichen saxicola</i> , E. B.	<i>Parmelia craspedia</i> , id.
<i>furfuraceus</i> , id.	<i>Spiloma tuberculosa</i> , E. B.
<i>atro-rufus</i> , id.	

aliquot Fuci, secundum TURNERUM.

7mò, Plantæ rupium *basalticarum*, ex. gr.

<i>Parmelia fuscata</i> , <i>Spreng.</i>	<i>Lichen hæmatoma</i> , E. B.
<i>Lichen aquilus</i> , E. B.	<i>coccineus</i> , id.
<i>candelarius</i> , id.	<i>bæomyces</i> , id.
<i>lachneus</i> , id.	<i>elegans?</i> id. &c.

8vò, Plantæ rupium *sieniticarum*, ex. gr.

<i>Lecidea pustulata</i> , <i>Achari.</i>	<i>Lecidea oœchumena</i> , <i>Ach.</i>
<i>fumosa</i> , id.	<i>confluens</i> , id.
<i>athrocarpa</i> , id.	<i>Endocarpon confluens</i> , id. *

9nò, Plantæ rupium *conglomeratarum*, ex. gr.

<i>Lecidea atro-virens</i> , <i>Ach.</i>	<i>Lecidea athrocarpa</i> , <i>Ach.</i>
<i>fusco-atra</i> , id.	<i>lapticida</i> , id.
<i>Parmelia parella</i> , id.	<i>Urceolaria symposa</i> , id.
<i>tartarea</i> , id.	<i>cinerea</i> , id.
<i>saxatilis</i> , id.	<i>Parmelia multipuncta</i> , id.
	<i>erythrella</i> *, id.

G

10mò,

* Sex ultimæ plantæ secundum SPRENGEL, p. 373.

10mò, Plantæ rupium *Grauwacke* vocatarum,
ex. gr.

Clinopodium vulgare *Hieracium cerinthoides*,
aliquot Lichenes.

Plantæ rupium *Feldspar* et *Claystone* nomi-
natarum, et rupium *Volcanicarum*, gratuita mea
suppositio sunt.

Hic conclusionum locus esset.

DE EXPOSITIONE PLANTARUM.

Articulus IV.

IN Expositione Plantarum, duæ res primò ob-
servandæ sunt, nempe, an planta *soli exposita*,
vel *in umbrâ vivit*.

Dein, si soli exposita est, quale latus quatuor
punctorum cardinalium nominatorum, spectat.

1mò, Plantæ *soli expositæ*.

- α. Maximus numerus earum sub nomine
Campestrium suprà enumeratarum.
- β. Copiosus numerus Plantarum *Paludum*,
plerisque *Cryptogamis* exceptis.
- γ. Pleraque Plantæ *Aquaticæ*.

δ. Plantæ

d. Plantæ Marinæ fluctuantes, et quæ in rupibus per maris refluxum siccæ remanent.

Fucus natans TURNERI, qui in magno Americano currenti abundat, et a CHRISTOPHERO COLUMBO visus fuit, primi generis plantarum marinorum exemplum sit.

Sequentes secundi generis notarem :

Fucus sinuosus, *Turner.*

sanguineus, id.
digitatus, id.
siliquosus, id.
esculentus, id.
serratus, id.
vesiculosus, id.
alatus, id.
canaliculatus, id.
dentatus, id.
aculeatus, id.
laceratus, id.
palmatus, id.
edulis, id.

Fucus Phyllitis, *Turner.*

saccharinus, id.
pinnatifidus, id.
filum, id.
endiviaefolius, *Light.*
subfuscus, *Turner.*
Conferva arbuscula, *With.*
diaphana, id.
rupestris, id.
spongiosa, id.
Ulva umbilicalis, id.
intestinalis, id.
lactuca, id.
fistulosa, id.

e. Aliquot Fungi, verbi gratiâ :

Lycoperdon bovista

Clavaria muscoides

Agaricus fimitarius

&c.

2dò,

2dō, Plantæ in *umbrā viventes.*

α. Omnes Sylvestres a me vocatæ.

β. Multæ ex Paludosis, exempli gratiâ :

Chrysosplenium alternifolium *Peplis portula*
oppositifolium &c.

Multi Filices, ut

Polypodium vulgatum, &c.

Multi Musci, ut

<i>Hypnum denticulatum</i>	<i>Dicranum adiantoides</i>
<i>dendroides</i>	<i>taxifolium</i>
&c. &c.	<i>Hookeria lucens</i> , &c.

γ. Præterea aliquot aliæ, verbi gratiâ,

<i>Oxalis corniculata</i>	<i>Tetraphis pellucida</i>
<i>Cotyledon umbilicus</i> - <i>Veneris</i>	<i>ovata</i>
<i>Rubus saxatilis</i>	<i>Buxbaumia foliosa</i>
<i>Trollius Europæus</i>	<i>Encalypta vulgaris</i>
<i>Aspidium aculeatum</i>	<i>Dicranum viridulum</i>
<i>dilatatum</i>	<i>Bryum cuspidatum</i>
	<i>Lichen niger</i> , E. B.

δ. Aliquot Cryptogamæ in *imis rupium fissuris*, vel in *imis fodinis* manentes. (Vide HUMBOLDTI, Floram Fribergensem.)

ε. Multæ Plantæ *marinæ*, in tam obscuris rupium cavitatibus ut sol non penetrare vallet, vel in ponto viventes.

θ. Plerique

θ. Plerique *fungi*, ex. gr.

Boletus versicolor

Tremella nostoc

Peziza citrina, *With.*

&c. &c.

Quasdam plantas expositionem septentrionalē, alii meridionalem anteponere, quisque horticola noscit, et sic in horto suo vegetabilia distribuit.

α. Plantæ quæ *expositionem septentrionalem* præferunt, ex. gr.Epilobium alsinefolium¹

Pteris crispa

Polypodium phegopteris

Lichen bæomyces

aliquot Saxifragæ, et multæ aliæ plantæ alpinæ.

β. Plantæ *expositionem meridionalem* anteponentes, ex. gr.

Chlora perfoliata, (Helvet.)

Andræa Rothii

Polygala vulgaris

Trichostomum ericoides

Carex præcox

Polytrichum strictum

Salix reticulata

&c. &c.

γ. Plantæ, quæ *orientem* lætè spectant,
Lichen aquilus? E. B.

Ferè nihil de his plantis nec de his quæ occidentem præcipue contemplantur, nosco.

Hic conclusiones venient.

CAPUT II.

**VARIARUM PLANTARUM VIVENDI MODUS, VEL
VITA.**

Hic capitulus quatuor res continet:

1mò, Plantæ secundum modum vegetationis in duas classes dividendæ sunt, nempe, plantas quæ in *terrâ*, vel *lapidibus fixæ* manent, et in planta *parasiticas*, vel quæ super aliis vivunt.

2dò, Sub hoc capite omnes observationes de plantis in societate vel solitudine viventibus, et de effectibus, quos hæc duo existentiæ genera in ambas habent, enumerandæ sunt.

3tiò, Tempus, quo plantæ nascuntur, florescunt, et fructus vel grana habent, accuratè notandum est.

4tò, Diuturnitas plantarum vitæ dicenda est.

In primâ subdivisione nunc aliquot de singularibus parasiticis dicam, quarum hic modicus catalogus jacet :

<i>Cuscuta Europaea</i> , super car-	cibus arborum, (quarum
duis et urticis habitat.	arborum ?)
<i>Cuscuta epithymus</i> , super	Monotropa hypopitys, in abie-
thymis, et aliis parvis si-	tum et fagorum radicibus.
milibus plantis.	<i>Viscum album</i> , in Helvetia,
Orobanche major.	præcipue in fruticibus, ex.
Lathraea squamaria, in radi-	gr. Pyris, malis.
Aliquot Filices ?	
Multi Musci super arboribus vivunt, exempli	
gratiâ,	
<i>Gymnostomum viridissimum</i>	<i>Neckera pumila</i>
<i>Grimmia Dicksonii</i>	<i>heteromalla</i>
cirrhata	<i>curtipendula</i>
<i>Orthotrichum pulchellum</i>	<i>Hypnum inundatum</i>
striatum	<i>crenulatum</i>
crispum	<i>læte-virens</i>
aristatum	<i>confertum</i>
<i>Pterogonium gracile</i>	<i>rutabulum</i>
sciuroïdes	<i>Minium conoideum</i>
Smithii	

Multæ Jungermanniæ super arboribus quoque, ex. gr.

<i>Jungermannia complanata</i>	<i>Jungermannia minutissima</i> , E. B.
<i>tamariscifolia</i>	

Multi

Multi Lichenes super iisdem vivunt, ex. gr.

<i>Lichen scriptus, Light.</i>	<i>Lichen Burgessii, E. B.</i>	
hebraicus, id.	pulverulentus, id.	
rugosus id.	pulmonarius, id.	
pertusus, id.	furfuraceus, <i>Light.</i>	
sanguinarius, id.	fastigiatus, E. B.	
fagineus, id.	fraxineus, id.	
carpineus, id.	caperatus, <i>Light.</i>	
aurantiacus, E. B.	perlatus, id.	
varians, id.	inclusus, E. B.	
<i>pallescens, Light.</i>	vespertilio, <i>Light.</i>	
saxatilis, E. B.	venosus, E. B.	
parietinus, id.	glomuliferus, id.	
stellaris, id.	plicatus, id.	
ciliaris, id.	floridus, id.	
plumbeus, id.	Et multæ opegraphæ.	

Fungorum numerus satis copiosus arbores vel lignum incolant, ex. gr.

<i>Boletus versicolor, Light.</i>	<i>Lycoperdon epiphyllum</i>
<i>spongiosus, Light.</i> in fraxino et fago.	<i>Peziza scutellata, Fl. Gal.</i>
<i>Clavaria hypoxylon et digi-</i> tato, in radicibus arborum.	<i>citrina, With.</i>
<i>Tremella purpurea, super ar-</i> boribus putrefactis, <i>Light.</i>	<i>Byssus phosphorea, Light.</i>
	Hæ quatuor præcedentes in iisdem locis inveniuntur.

Lichenes aliquot super Muscis, inter vitam et mortem sitis, vivunt, ex. gr.

<i>Parmelia crispa, Sp.</i>	<i>Parmelia muscicola, Sp.</i>
<i>cristata, id.</i>	<i>Lecidea muscorum, id.</i>
Lichenes	

Lichenes etiam super Jungermanniis vivunt,
ex. gr. Lecidea jungermanniae *.

Fuci super aliis fucis, et Confervæ super fucis
vel etiam super confervis, habitant, ex. gr.

Conferva tomentosa, in magnis	Conferva nodulosa, in fucis.
fucis.	ciliata, in Fuco
polymorpha, in Fuco	plicato <i>Lin.</i> &c.
nodoso.	

Aliquot Fungi super Muscis et Lichenibus vivunt.

Sic leviter de parasitis plantis dixi ; hic con-
clusionum, quæ ex omnibus capitulis suprà enu-
meratis similiter duci possent, parvum exemplum
dabo.

Ex his apparet, 1mò, Classem phænerogama-
rum parasitarum *minimam quantitatem* continere,
et has *dicotyledones* esse.

2dò, Muscos, et præcipue genera Orthotrichum
et Hypnum, majorem numerum earum conti-
nere, quæ super plantis ejusdem familiæ vel su-
per arboribus habitant.

3tiò, Lichenes adhuc copiosiores parasitas con-
tinere,

* SPRENGEL, Introduction to the Study of Cryptogamous
Plants, p. 375.

tinere, et has super arboribus, Muscis et Lichenibus habitare.

4tò, Inter Fucos, Ulvas, et Confervas, et præcipue inter ultimas, hoc genus plantarum sæpe videri; Fucos parasitos super fucis, et Ulvas et Confervas parasitas super fucis vel plantis sui generis vel in ligno habitare.

5tò, Familiam Fungorum abundanter parasitas præbere, et illas super variis plantis vivere, &c.

Quod ad secundam subdivisionem attinet, inter plantas, quæ in societate vivunt, sequentes solùm citabo:

Anagallis tenella cum sphag-	Lichen candelaris cum parie-
nis.	tino.

Chrysanthemum segetum cum	stellaris cum ciliari.
frumentis.	farinaceo cum fasti-

Centaurea cyanus, cum iisd.	giato.
Sedum acre cum Sedo hexan-	&c. &c.

gulari in Helvetiâ sæpè ob-	sæpè videntur.
servavi.	

Inter plantas solitarias, solùm hæ pro exemplo:

Epilobium alsinefolium	Fontinalis antipyretica
Cardamine petræa	Asplenium viride.

Non

Non mihi tempus, effectus horum variorum vitæ generum observandi, adfuit; sed effectum herbarum malarum vulgò dictarum in alias, cuique notus est, in aliis occasionibus bonum aliquod ex societate oriri debet. De hoc articulo non satis numerosa facta collegi, ut ad conclusiones pervenire possim.

De tertiâ subdivisione, Tempus, quo variæ plantæ Scoticæ florescunt, mihi solùm dicere licet, plantas hîc unâ mensi vel sex hebdomadis post tempus solitum in Helvetiâ florescere.

De tempore ortûs et fructificationis et mortis plantarum, diuturnâ investigatione nihil hîc enarrabo.

CAPUT III.

DE MORBIS PLANTARUM.

MORBOS plantarum et eorum remedia inquire, materia singularis, et studio philosophi periti

periti herbarum maximè digna est : hucusque vix equidem ei meam mentem adegi ; ita ut solum opus Equitis BANKS, ut exemplum offeram.

CAPUT IV.

DE PHYSIOLOGIA PLANTARUM.

PHYSIOLOGIA regni vegetabilis momentosissima generi humano est, et propterea jam aliquot docti viri ei tempus suum dederunt, sed solum studium inceperunt, pleraque detegenda remanent, sic de vita plantarum parasiticarum, aquatistarum, equisetorum, et aliarum cryptogamarum, ferè nihil novimus : non solum earum varia interiorum structura exponenda est, sed etiam variorum vegetationis phænomenum explicatio, privatorum apparatum usus, et visibilium et invisibilium effectus, in eas vigilenter inquirenda sunt.

CAP.

CAPUT V.**DE USIBUS PLANTARUM.**

SUB hoc nomine *superstitiones varias vulgi de plantis quibusdam, dein usus economicos, et tandem earum usus medicos comprehendam.*

CAPUT VI.**DE COMPARATIONE FLORÆ CUJUSDAM CUM ALIA.**

IN comparando Floras duas, forsitan Methodus Naturalis, vel distributio plantarum secundum familias naturales, anteponenda est.

De

De omnibus rebus hucusque enumeratis, comparatio instituenda est; et præterea diutur-nitas vitæ plantarum, secundum latitudinem et longitudinem, et varietates colorum florum, &c. secundum latitudinem, &c. considerari possunt.

De aliis capitulis explicationem non egenti-bus nihil dicam.

Hic mearum idearum expositionis finis acci-dit,—campum vastum, vix aratum, et attentione mente philosophicâ maximè dignum, coram vo-bis expansi: O! condiscipuli mei, et medici, ne hoc singularis momenti studium negligatis, quod ubique jacet, et in desartis Siberiæ et sabulis Africæ semper amicas et sodales peregrinatori offert; quos natura non ab ortu divitias suas im-partita est, saltem otia sua huic proposito con-secent, placidis voluptatibus, omnibus aliis ante-ponendis, servatione valetudinis et detectionibus suis amplissimè remunerabuntur; alii, quos ferè solùm nostræ eximiæ artis Admiratores vocarem,

opes

opes suas ad maxime difficilium partium studium
adhibeant, et sic nomen nepotibus transmittant.
His cogitationibus imbutus, vobis ægrè valedico,
et quoque Almæ Academiæ, quam maximo
grato animo relinquo.

FINIS.

UB WIEN



+AM263806001

